

SÉNÈQUE – PHÈDRE, v.463 à 502

TEXTE LATIN

Le texte est accompagné d'une traduction pour les lignes 1 à 20, mais le candidat peut être interrogé en traduction sur l'ensemble du texte, des lignes 1 à 40.

NUTRIX

- 1 Hoc esse munus credis indictum viris,
- 2 ut dura tolerant, cursibus domitent equos
- 3 et saeva bella Marte sanguineo gerant ?¹
- 4 Providit ille maximus mundi parens,
- 5 cum tam rapaces cerneret Fati manus,
- 6 ut damna semper subole repararet nova.²
- 7 Excedat agedum rebus humanis Venus,
- 8 quae supplet ac restituit exhaustum genus :³
- 9 orbis jacebit squalido turpis situ,
- 10 vacuum sine ullis piscibus stabit mare,
- 11 alesque caelo derit et silvis fera,
- 12 solis et aer pervius ventis erit.⁴
- 13 Quam varia leti genera mortalem trahunt
- 14 carpuntque turbam : pontus et ferrum et doli !⁵
- 15 Sed fata credas desse : sic atram Styga
- 16 jam petimus ultro.⁶ Caelibem vitam probet
- 17 sterilis juvenus : hoc erit, quidquid vides,
- 18 unius aevi turba et in semet ruet.⁷
- 19 Proinde vitae sequere naturam ducem :
- 20 urbem frequenta, civium coetus cole.⁸

HIPPOLYTUS

21 Non alia magis est libera et vitio carens
22 ritusque melius vita quae priscos colat,
23 quam quae relictis moenibus silvas amat.
24 Non illum avarae mentis inflammat furor
25 qui se dicavit montium insontem jugis,
26 non aura populi et vulgus infidum bonis,
27 non pestilens invidia, non fragilis favor,
28 non ille regno servit aut regno imminens
29 vanos honores sequitur aut fluxas opes,
30 spei metusque liber, haud illum niger
31 edaxque livor dente degeneri petit ;
32 nec scelera populos inter atque urbes sita
33 novit nec omnes conscius strepitus pavet
34 aut verba fingit ; mille non quaerit tegi
35 dives columnis nec trabes multo insolens
36 sufficit auro ; non cruor largus pias
37 inundat aras, fruge nec sparsi sacra
38 centena nivei colla summittunt boves.
39 Sed rure vacuo potitur et aperto aethere
40 innocuus errat.

Traduction des lignes 17 à 32

(Traduction de François-Régis Chaumartin, Sénèque Phèdre, Paris, Les Belles Lettres, 2015)

Les numéros de 1 à 8 permettent d'identifier chaque fin de phrase ou de proposition dans le texte latin.

Crois-tu donc que la seule fonction prescrite aux hommes soit de supporter de durs efforts, de dompter des chevaux à force de courses, de mener des guerres cruelles en suivant le sanguinaire Mars ?¹ Le père très puissant de l'univers a prévu, voyant les mains du Destin si promptes à ravir, de réparer les pertes par un renouvellement continu des naissances.² Imaginons que s'éloigne du monde des hommes Vénus, qui, en suppléant aux pertes épuisant l'espèce, assure sa survie³, la

terre, hideuse, croupira dans l'abandon et la saleté, la mère restera immobile, vide de tout navire, il n'y aura plus d'oiseaux dans le ciel, de bêtes sauvages dans les forêts, les airs ne seront traversés que par les vents.⁴ Combien divers les genres de mort violente qui emportent et harcèlent la masse des mortels : mer, fer, guets-apens !⁵ Mais tu pourrais supposer que ces coups du destin ne soient pas là ; même si c'était le cas, de nous-mêmes nous allons vers le noir Styx.⁶ Que la jeunesse vienne à approuver le célibat et reste inféconde : tous les êtres que tu as sous les yeux seront réduits à la durée d'une seule génération, ils s'écrouleront sur eux-mêmes.⁷ Aussi prends la nature comme guide de ta vie, fréquente la ville, cherche la société de tes concitoyens.⁸